

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CLXXXIX. Christus Illuditur, Conspuitur, Colaphizatur Ac Denuo Ad
Mortem Condemnatur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

scandali causa publicè eundem confiteri, sed præ metu ex atrio Pontificis egrediens ac latebras quaerens infirmitatem suam denuò prodit, ex quo manifestè patet, Petrum non fuisse propria satisfactione veniam promeritum, sed gratuita Dei bonitate ac paterna clementia eandem adeptum, quod nobis etiam consolationem præbet, Deum benignè infirmitates nobis condonaturum, modò non differamus pœnitentiam, sed cum Petro statim post peccatum ad galli cantum & Christi aspectum redeamus ad cor nostrum Esa. 46. v. 8. modo etiam pœnitentia nostra non sit simulata, sed seria, sicut Petrus extra hominum conspectum Deum & Angelos sibi proponit, coram quibus ex intimo cordis aspectu lachrymas profundit, cum contra hypocrytæ exemplum Achab secuti coram hominibus lachrymentur, sed in secessu oculi ipsis mox arefcunt. Sic igitur integra doctrina de pœnitentia ex hac Historia tractari potest, cuius perpetuò nos admoneat nocturnus gallorum cantus, ut recordemur illius noctis, in qua Petrus Christum abnegavit, sed per gallicinium & Christi aspectum ad peccati agnitionem & conversionem iterum perductus est. 2. Cum primis verò in seriis conscientia pavoribus intueamur lucidissimum illud *divinae misericordiae speculum*, quod in hac historia nobis proponitur. Christus non solum præmonet Petrum de lapsu, ut ipsum ab eo deterreat, nec solum blandè ipsum in peccata prolapsum aspicit, ut ex lapsu eum erigat, quod exemplum *Dei nostri Pastores Ecclesiae* imitari, autores suos à peccatis præmonere, lapsos fraternè erigere, erectos ad vitæ emendationem adducere laborent, sicut Christus Petro dicit Luc. 22. v. 23. *tu conversus converte fratres tuos*: sed etiam pœnitentem in gratiam iterum recipit & peccata misericorditer remittit, in quo abundantes divitias misericordiae suae Deus patefecit, unde Bernh. ferm. 2. de sept. pan. col. 181. inter gradus misericordiae divinae etiam hoc connumerat, quod *Deus pœnitentem misericorditer suscipit & peccata gratis remittit*. Quam grave atque atrox fuerit Petri peccatum, expositum est superius: nihilo tamen minus, cum seriam ageret pœnitentiam, remissionem

eiusdem à Deo impetravit, atque insuper officio Apostolatus restitutus fuit, ut Petrus non solum verbis in prædicatione Evangelii, sed proprio etiam exemplo de gratia Dei testari posset, sicut Paulus 1. Timoth. 1. v. 15. Hanc doctrinam in sua conversione nobis proponit. *Certus sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum ego primus sum.* ver. 16. *sed ideò misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad peccatores eorum, qui credituri sunt in ipsum ad vitam aeternam.* Quod ergò Augustinus in Psalm. 50. de Davide dicit. *Sicut Nathan missus est ad Davidem, ita David ad te missus est, cum clamat: Miserere mei Deus. Audi eum clamantem, & simuleclama, audi gementem & congemisce, audi stentem & lachrymas junge, audi correctum & condelectare, id ipsum etiam de Petro dicere possumus, mittitur enim ad nos Petrus, ut prædicet misericordiam Dei erga pœnitentes peccatores ac divinae gratiae præconem agat &c.* Quotidie igitur utamur formula præcationis, quam pii veteres ex hac Historia formarunt. *Respice me ô bone Jesu, oculis misericordiae tuae, quibus respexisti Petrum in atrio, Mariam Magdalenam in convivio, ac latronem pœnitentem in patibulo. Da, ut cum Petro peccata mea dignè stentem, cum Maria Magdalena perfectè te diligam, & cum latrone pœnitente aeternum in te videam.* Itemque eà, quam habet Ambrosius (quamvis non sit illius) præcat. 2. præparante ad Missam tom. 4. p. 458. *O Domine, quam in multis offendi atq; offendendo, sed non subrepti desperatione, cum publicanum in templo justificatum attendo, cum latronem in cruce contentem & de cruce ad Paradisum transuentem aspicio, cum Mariam post multas criminum culpas fonte pietatis ablutam, cum Petrum post negationem Apostolatus gratiam recuperasse intueor. Sed rogo ineffabilis pietas, ut cui de tantis exemplis præsumere donasti, gemitu publicani, confessionem latronis, lachrymas meretricis, stetusque negantis Apostoli concedas.*

Quis respexisti Petrum miseratus ocellis.
His etiam memet respice Christe precor.

CAPUT CLXXXIX.

CHRISTUS ILLUDITUR, CONSPUITUR, COLAPHIZATUR. AC DENUO AD MORTEM CONDEMNATUR.

MATTH 26. v. 67. 68. cap. 27. v. 1. MARC. 14. v. 65. cap. 15. v. 1.
LUC. 22. v. 63.

RATIO ORDINIS.

Matthæus & Marcus condemnationi Christi ad ad mortem immediatè subjungunt illusionem, conspuitionem, & colaphizationem à ministris factam, ac tum demum secundam & tertiam Petri negationem subjungunt, ex quo colligi posset, præfente ac vidente Petro talia Christo

contigisse, præsertim cum Matthæus addat particulam *τότε*. *Tunc expuerunt in faciem ejus.* Cogitari etiam posset, Petrum ex eo permotum, ut secundo & tertio cum jurejurando & execratione Christum abnegaret, quod tam indignis modis à vilissimis servulis ipsum tractari videret. Calvin. in Harmon. statuit, *Christus bis tantas contumelias per-*
missis,

culisse, ac ministris animos crevisse, ut insolentius eum conspuerent ac percuterent, quem viderant praedictio Concilii morti addictum. Sed ex Luca colligitur, trianam Petri negationem fuisse absolutam, antequam Christus à ministris conspueretur atque illudetur. Idem etiam innuunt reliqui Evangelistae, quando dicunt, Petrum post secundum gallicinium ex atriis Pontificis statim egressum: illud secundum gallicinium paulò post mediam noctem auditum fuit, illusio autem & conspuatio Christi post latam in eum mortis sententiam à ministris à media nocte usque ad horas matutinas fuit producta. Exiit ergo Petrus, antequam Assessores Concilii domum secederent, postea enim fores fue-

runt reclusae. Digressio Petro & Concilii Assessoribus, ministri Pontificum & lictores, quorum custodia Christus traditus erat, haec illusionum genera excogitant, ut somnum oculis excutere ac tempus nocturnum fallere possint; summo manè Pontifices, Scribae ac Seniores redeunt in Concilium & audita Confessionis repetitione Christum denuò morti adjudicant. Calvinus contra expressa verba Lucae statuit, *Assessores hujus Synedrii non fecerunt, nec unum momentum cessasse in scelere suo strenue exequendo.* Sed cum Lucas disertè dicat, *manè fuisse congregatos,* ex eo colligitur quod prius abierint.

CHRISTI ILLUSIO, CONSPUITIO, COLAPHIZATIO AC REPETITA CONDEMNATIO.

MATTH. 26. 27.

67. Τότε ἐπέπυσον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκλάφισον αὐτὸν, οἱ ἑρραπίσσω. 68. Λέγοντες, ποσὴ φήτευσον ἡμῖν Χριστὲ τίς ἐστίν ὁ πάσις σε. Cap. 27. v. 1. Προῖτες ἡ ἡγουμένης συμβουλίου ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβυτέρου καὶ λαὸς καὶ ἱερεῖς ὡςτε θανατώσασθαι αὐτόν.

67. Tunc expuerunt in faciem ejus & colaphis eum exciderunt. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt. 68. Dicentes, Vaticinare nobis Christe, quis est, qui te percussit? Cap. 27. v. 1. Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & Seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent:

MARC. 14. 15.

65. Καὶ ἤρξαντο τινες ἐμπλήναι αὐτὸ καὶ περικαλύψαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ κολαφίζον αὐτόν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, ποσὴ φήτευσον. καὶ οἱ ἑρραπίσσω ἔβλασαν αὐτόν. Cap. 15. v. 1. Καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ τὸ πρῶτον συμβούλιον ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων καὶ ἄλλων τῶν συνέδριον ἔσ.

65. Et ceperunt quidam conspuere in eum & obvelare faciem illius & colaphis eum cedere; & dicere illi, divina. Ac ministri atapas illi impingebant. Cap. 15. v. 1. Et confestim diluculo Concilio inito summi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis ac toto consessu ἔσ.

LUC. 22.

63. Καὶ οἱ αὐτοὶ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν ἐπέπασσον αὐτὸν δέροντες. 64. Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν ἐτυπῶν αὐτὸ τὸ πρόσωπον καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, ποσὴ φήτευσον πεινάσει ὁ πάσις σε. 65. Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημῶντες ἔλεγον εἰς αὐτόν. 66. Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον καὶ λαὸς ἀρχιερέων καὶ γραμματέων καὶ ἀνηρώτων αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν. 67. Λέγοντες, εἰσὺ εἶς Χριστὸς, εἶπε ἡμῖν, εἶπε ἡ αὐτοῖς, εἰ μὴ ὑμῖν εἶπω, εἰ μὴ πειρώσητε. 68. Ἐὰν ἡ ἐρωτήσω, εἰ μὴ ἀποκριθῆτε μοι; ἡ δόλοῦσθε. 69. Ἀπὸ ἐνὸς ἑσθαι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ θωκεῖως καὶ δεξ. 70. Εἶπον ἡ πάντες, σὺ γινεῖς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὃ ἡ πρὸς αὐτοῦ ἐφη, ὑμεῖς λέγετε, δὲ ἐγὼ εἰμι. 71. Οἱ ἡ εἶπον, ἡ ἐν ἡμεῖς ἐχομεν μαρτυρίας, αὐτοὶ δὲ ἡ καταμύθοσθε ἡ σματῶσθε αὐτόν.

63. Et viri, qui tenebant Jesum, illudebant eum ceden-tes. 64. Et cum circumtexissent eum, percutiebant faciem ejus & interrogaverunt eum dicentes; Vaticinare, quis est ille, qui te percussit? 65. Et alia multa convitiantes dicebant in eum. 66. Atq; ut illuxit, convenerunt Seniores plebis & Principes Sacerdotum & Scribae & relexerunt illum in concilium suum. 67. Dicentes, An tu es ille Christus? dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis. 68. Quod si etiam interrogavero, non respondebitis mihi, aut dimittetis. 69. Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 70. Dixerunt autem omnes, Tu ergo Filius Dei es? Qui ait, Vos dicitis me esse. 71. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimoni-um? ipsi enim audivimus ex ore illius.



DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM
HUIUS HISTORIÆ.

PLerique Interpretes conspuitionem percussio-
nem & illusionem Christi ministris Pontificum
& lictoribus Christum tenentibus duntaxat tribu-
unt. Statuunt enim Pontifices & Concilii Assessor-
es post prolatam mortis sententiam domum se-
cessisse, neq; intulisse Christo opprobria ac verbera,
cum Lucas eorum solum mentionem faciat, qui Je-
sum tenuerit captivum, Marcus autem ministros
tantum exprimat. Sed ex Matthæo probabiliter col-
ligitur, ipsos Pontifices ac reliquos Senatores illu-
sionis, conspuitionis & colaphizationis initium fe-
cisse, atq; eorum exemplum, ut in aulis fieri consue-
vit, ministros ac lictores fuisse secutos. Postquam
enim Matthæus in præcedentibus dixerat, quod Sa-
cerdotes, Seniores & totum Concilium Christum

mortis esse reum pronunciauerint, immediatè
subiicit *Tunc expuerunt in faciem ejus & colaphis eum ca-
ciderunt*, quòd cum indefinitè positum sit, ad præce-
dentiã commodissimè refertur. Marcus manifestè
distinguit inter eos, qui Christum conspuerunt ac
faciem ejus obvelatam colaphis percusserunt & in-
ter servos, qui alapas ei impegerunt, prius igitur vel
de ipsis Pontificibus intelligendum juxta seriem
Matthæi, vel de lictoribus Christum tenentibus jux-
ta explicationem Lucæ. Sic igitur ordinabimus Hi-
storiam, ut ex Matthæo & Marco recensentur illu-
sionum genera, quibus quidam ex Assessoribus
Concilii Christo insultarunt, postea verò ex Luca
addatur, quomodo lictores ac ministri digressi
Dominis suis idipsum protervè continuarint.

HARMONIA HUIUS HISTORIÆ.

Καὶ ἠρξάνθησαν ἱερεῖς ἰσχυροὶ αὐτῷ (καὶ) ὅτε ἐπέπι-
σαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολαφίσαν αὐτὸν καὶ
οἱ ὑπηρέται καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν ἐπέ-
παινον αὐτὰ δέροντες, καὶ ἠρξάνθησαν περικαλύπτειν
τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζον αὐτὸν, καὶ περικα-
λύψαντες αὐτὸν ἐτύπουν αὐτὸ τὸ πρόσωπον καὶ ἐπρω-
τῶν αὐτῶν λέγοντες, περὸ φησὶς ἡμῖν ὅτι ἐσὶν ὁ πᾶσις σε. οἱ ἡ
ἐρράπισαν. (καὶ) ραπίσμασιν αὐτὸν ἐβαλλον. Λέγοντες
περὸ φησὶς ἡμῖν Χριστὸς τίς ἐστὶν ὁ πᾶσις σε. καὶ ἕτερα
πολλὰ βλασφημῶντες ἔλεγον εἰς αὐτὸν. καὶ ἐν τῷ ἑσπέρῳ
τῷ πρώτῳ, περὶ αἰῶνος (ἡ) ἡρωιδίης καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα
σαββατικὴ τὸ πρεσβυτέρων & λαῖ καὶ συμβέβηκον ποιησάμε-
τες ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς (καὶ οἱ πρεσβυτέροι) μὲν
τὸ πρεσβυτέρων & λαῖ καὶ γραμματέων καὶ ὄλοντο τὸ πρε-
σβυτέρων & Ἰησοῦ ὡς θανατώσαι αὐτὸν. καὶ ἀνήγαγον
αὐτὸν εἰς τὸ πρεσβυτέρων αὐτῶν, λέγοντες, εἰ σὺ εἶ ὁ Χρι-
στος; εἶπε ἡμῖν, εἶπε ἡ αὐτοῖς, ἐὰν ἡμῖν εἴπω, & μὴ πι-
στεύητε. εἰ μὴ ἡ ἐρωτήσω, & μὴ ἀποκριθῆτε μοι, ἡ
ἀπολύσητε, ἀποτὸν ἡμῖν ἔσται ὁ ἦθος & ἀνθρώπων καθή-
μενον ἐκ δεξιῶν τὸ δυνάμεως & θεῶν. εἶπον ἡ πάντες,
σὺ ἂν εἶ ὁ υἱὸς & θεῶν, ὃ ἡ πᾶσις ἀκούσῃ ἐφη, ὑμεῖς λέγετε ὅτι
ἐγώ εἰμι. οἱ ἡ εἶπον τί ἐπὶ χρεῖαν ἐχούμεν μαρτυρεῖσθαι; αὐ-
τοὶ ὅτι ἡ κάσμιον δότο & σωματῶ αὐτοῦ.

*Et ceperunt quidam conspuere in eum & tunc expue-
runt in faciem ejus & colaphis eum ceciderunt. Ad mi-
nistri & viri, qui tenebant Jesum, illudebant eum & cecide-
runt. Et ceperunt obvelare faciem illius & colaphis eum
cadere, & cum circumtessissent eum, percutiebant fa-
ciem ejus & interrogaverunt eum dicentes, Vaticinare,
quis est ille, qui te percussit. Alii autem pabnas in
faciem ejus dederunt ac alapas ei impingebant, dicentes:
Vaticinare nobis Christo, quis est; qui te percussit?
Et alia multa conviciantes dicebant in eum. Et
confestim diluculo mane factò, atque ut illius,
convenerunt Seniores plebis & Concilium inierunt omnes
Principes Sacerdotum cum Senioribus populi ac Scribis ac
totò confessu adversus Jesum, ut morti eum traderent. Et
reducerunt illum in Concilium suum dicentes. An tu es ille
Christus? dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixerò, non creditis.
Quod si etiam interrogaverò, non respondebitis mihi, aut
dimittetis. Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens à
dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo
Filius Dei es? qui ait, vos dicitis me esse. At illi dixerunt:
Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus
ex ore illius*

Exegesis hujus Historiæ.

Constat ex Historia Mosæica in tabernaculo
fœderis tria fuisse altaria, quorum unum fuit
terreum sive terra ingesta repletum, alterum lapi-
deum, tertium ligneum, in quibus sacrificia &
odoramaenta Deo fuerunt oblata. Christus, quem
omnia illa Vet. Testam. sacrificia & odoramaenta
præfigurarunt, passionem & mortem eo fine sus-
stinuit, ut seipsum pro nobis traderet oblationem
& hostiam Deo in odorem suavitatis Ephes. 5. v.
2. ideo etiam injurias tum verbales tum reales
sustinuit 1. in ara terrea hoc est, in horto, ubi à
proprio suo discipulo proditus & injustè compre-

hensus ac vincit. 2. in ara lapidea: id est, in judicio
tum publico tum Ecclesiastico, in atrio Pontificis
Caiphæ, in aula Herodis & in pratorio Pilati la-
pidibus strato, ubi morti adjudicatus, consputus, co-
laphizatus, flagellatus, irrisus, spinis coronatus.
3. in ara lignea id est, in cruce, ubi blasphemia rum
spiculis & clavibus ferreis confixus. Quædam ista-
rum injuriarum genera recensentur in hac perico-
pe, cujus partes sunt duæ. 1. de Christi illusione,
conspuitione ac colaphizatione. 2. de repetita
ejusdem condemnatione.

Prior pars Historiæ complectitur varia injuria-
rum,

rum, contumeliarum & illusionum genera, quibus Christus in atrio Caiaphæ post dictatam mortis sententiam fuit afflictus. Initium faciunt ipsi Pontifices & iudices hujus Synedrî Deut. 25. v. 2. constituit Deus, ut eum, qui in iudicio facinoris alicujus fuerit convictus, iudex prostertere & cadere faciat secundum sufficientiam impietatis ejus. Quia igitur Christum blasphemiam condemnauerant, ac falsis testibus convicerant, ideo coram toto iudicij confessu colaphis ac plagis illum cædunt. Ibidem v. 9. statuitur, ut in faciem ejus, qui fratrem suam ducere noluerit, coram Senioribus publicæ ignominie causâ spatur, existimant igitur Pontifices ac Seniores hujus Concilii, Christum infamem illam conspuitionem ob hæresin & blasphemiam multo magis promeritum esse. Exemplum dominorum suorum sequuntur ministri ac lictores, quibus custodiendus traditus erat Christus. *συνεχθη* inter alia significat *constringere, restrictum tenere*. LXX. utuntur pro *ἡρῶν* apprehendi, apprehensum retinuit 1. Reg. 6. v. 10. pro *חבקי* brachiis fortiter amplexus est Prov. 5. vers. 20. pro reclusionem & captivitate usurpatur. 2. Sam. 20. vers. 3. Syrus habet verbum *חבקי* ex Hebræo *חבקי*. Sensus igitur est, quod Pontifices ex Consilio mediâ nocte digressi Christum morti adjudicatum viris robustis custodiendum & recludendum tradiderint, vocantur enim hi lictores *ἀσπυτες*. Syrus *בכרי* à robore & fortitudine. Illi ut reliquam noctis partem fallerent ac somnum prohiberent, variis modis captivo illuserunt, ac pessimè omnino ipsum tractarunt. Ministris hisce non erat Christus planè ignotus, sapiens ipsum docentem audierant, ac miracula ejus viderant. Joh. 7. 45. mittuntur à Pontificibus ac Phariseis ad Christum comprehendendum, sed re infectâ redeunt dicentes: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur*, unde coguntur à dominis suis audire. *Nunquid & vos seducti estis?* senserunt igitur virtutem verborum Christi in corde suo ac gustaverunt bonum Dei verbum Hebr. 6. 5. cum vero hoc loco vident Christum ab omnibus discipulis desertum & à toto Concilio condemnatum non solum ab ipso penitus deficiunt, sed etiam unâ cum reliquis Christum percussit, conspuunt eum; illudunt, quod profectò est horrendum apostatas exemplum. Chryl. hom. 85. in Matth. & Niceph. lib. 1. Hist. Eccl. c. 30. scribunt, quod ministri convicia illa Christo fecerint *παροινῶντες*, temulentii, quod est admodum probabile. Insistunt autem vestigiis horum servorum omnes apostata, qui ex confessoribus fiunt efferati hostes & violentissimi persecutores, quos graphicè describit Epist. ad Hebr. 6. v. 4. *Impossibile est eos, qui semel illuminati gustaverunt donum celeste & participes facti sunt Spiritus sancti v. 5. gustaverunt etiam bonum Dei verbum & virtutes futuri seculi vers. 6. & prolapsi sunt rursus renovari ad penitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsos Filium Dei & ostentui habentes.* Apparet etiam ex hoc ministrorum furore, quomodo in aulis ad exemplum impii Regis ac Magistratus ministri sese conformare soleant, sicut de aulicis Herodis simile quippiam postea audiemus. Expendamus autem varia illa contumeliarum & illusionum genera, quæ Christus in atrio Pontificis Caiaphæ à ministris ac licitoribus perferens. 1. Quidam inspuunt in ipsius faciem. Quod enim Marcus dicit, quidam

Harm. Tom. III. vel Gerhard, Cont. pars quarta.

caperunt conspuere in eum, id Matthæus sic exponit, *tunc expuerunt in ipsius faciem*, ideoque Syrus paraphrastes etiam apud Marcum addit. *Capuerunt expuere in faciem ejus*. Quidam differentiam aliquam in vocabulis quarunt, hoc modo. Matthæus non dicit *spuerunt*, sed *expuerunt*, quasi execrantes spuerunt. Marcus autem dicit, *conspuerunt*, quia non unus sed plures simul spuerunt. Sed utrobique est vocabulum *ἐπισπῶ* & poeticè *ἐπισπῶ*, in *spuo*, Syrus habet verbum *קפח* expuit, conspuuit. Talis conspuitione faciei erat extremæ ignominie & contemptus signum, ut colligitur ex Deut. 25. v. 9. ubi facies ejus jubetur conspui, qui relictam fratris sui viduam ducere noluit. Num. 12. v. 14. de Miriam leprosa dicit Dominus, *Si Pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus facie Patris se occultare?* hoc est, si parens publicæ ignominie causâ in faciem ejus spuisset, deberet rubore suffundi ob reverentiam erga patrem, quanto magis cum propter murmuracionem suam à Domino leprâ fuerit percussa? Job. 30. vers. 10. *faciem meam non verentur conspuere* *δοτὸ τῆ ἀπεσῶν μὲ* *δοτὸ ἐφείλατο πνεύμα* non verentur extremâ ignominia me afficere & spuis faciem meam fœdare, ac *σπῶ* apud Sophoclem etiam metaphoricè ponitur pro *contemnere*. Sic ergo ministri ac lictores contemptus & ignominie causa etiam hoc loco in faciem Christi expuunt. Potest etiam cogitari, quòd hac expuitione miracula Christi deturpare & explodere voluerint. Marc. 7. 33. in sanatione furdi ac muti inter reliquas Ceremonias Christus expuit. Marc. 8. v. 23. sanaturus cœcum in oculos ejus spuit. Joh. 9. vers. 6. facit lutum ex sputo, quo oculos cœci nati illinit. Hisce miraculis ministri Pontificales conspuitione sua insultant, Christoque illudunt, ac si re ipsa dicere velint. Antea potuit sputo suo cœcorum oculos aperire; jam verò ne suam quidem faciem à spuitis potest prohibere, illusiones ergo ac præstigia sunt censenda, quæcumq; velut miracula hætenus venditavit. Neque verò nunquam Sol indignius vidit spectaculum, quàm quòd sanctissima illa facies, in qua elucet *splendor gloriæ divine* Hebr. 1. vers. 3. juxta quam est *pulcherrimus inter filios hominum* Psalm. 45. vers. 3. in quam etiam Angeli desiderant prospicere 1. Petri. 1. vers. 12. quæ est multum amabilis ac delectabilis, à vilissimis servulis & contemptissimis licitoribus fœdissimis spuitis commaculatur ac deturpatur. Ut autem reliquæ passionis partes, ita etiam hæc ignominiosa conspuitione divinitus fuit prædicta. Esaia. 50. vers. 6. *Faciem meam non abscondi ab ignominie* *קפח* & sputo, hoc est, ab ignominiosis spuitis, sic enim reddiderunt LXX. Interpp. *δοτὸ αἰσῶν* *ἐπισπῶματων* Esaia. 53. vers. 2. *non erat ei forma nec decor, vidimus eum & non erat aspectus, ut desideravimus eum.* vers. 3. *despectus est & abjectus inter viros vir dolorum & notus agritudine, & abscondebamus faciem ab eo*, nimirum, quia facies ejus spuitis turpissimè erat defœdata. Vulgata versio subjungit vers. 4. *putavimus eum quasi leprosum* (Hebr. *plagatum, affectum*) quia facies spuitis fœdata leprosa speciem obtinet. Omnium verò evidentissimè hanc conspuitionem prædixit Christus Marc. 10. vers. 34. & Luc. 18. vers. 31. in ultimo suo itinere Hierosolymam versus suscepto. *Filius hominis illudetur & injuriâ afficitur* *καὶ ἐπισπῶθήσεται* & conspu-

consuetur, quamvisibi de conspuitione in pratorio facta propriè ac præcipuè agatur, præcedit enim, *Filius hominis tradetur gentibus*. Voluit autem Christus propter nos ignominiosam illam conspuitionem sustinere, sicut Psal. 69. vers. 8. *Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* vers. 10. *probra eorum, qui probris afficiunt te, ceciderunt super me*, hoc est, voluit Christus ignominias & sputa perferre, ut Patri cœlesti obœdieret ac peccata nostra, per quæ æternum opprobrium eramus promeriti, iterum expiaret, unde pulcherrimè dicit Hieronymus: *Sputaminibus susceptis faciem animæ nostræ lavit*, ac Gloss. ordin. *Consui voluit, ut nos lavaret*. Facies Christi est facies sanctissima, lucidissima ac mundissima, cum sit ipsius Dei facies, hæc sputis propter nos fœdata divinam imaginem in nobis restituit, quæ per peccatum erat turpissimè maculata, imò planè deleta. Deuter. 25. vers. 9. *inspuebant in faciem ejus, qui nolebat fratri defuncto semen excitare, ejusque domum ædificare.* At Christus eo fine in mundum venerat, ut primi Adami, qui ad imaginem suam, non Dei, liberò genuerat, ac proinde absque liberis Deo genitis decesserat, domum ædificaret, jamque totus in eo erat, ut illud opus in actum perduceret, & nihilominus tam ignominiosè conspuitur. Sap. 7. v. 25. de Sipientia ab æterno à Deo genita, hoc est, de Filio Dei dicitur, quòd sit emanatio quedam claritatis omnipotentis Dei *ειδμενης, sincera*, propter quod nihil inquinatum in eam incurrat. vers. 26. quòd sit candor *ἀπύργαστος* splendescencia lucis æternæ, speculum sine macula majestatis sive virtutis Dei & imago bonitatis ipsius. Sed hoc speculum immaculatum, hæc imago lucidissima, hic splendor claritatis divinæ fœdissimis impiorum sputis hoc loco deturpatur, ut ab animæ nostræ facie omnes peccatorum maculas abstergat. Caveamus verò sedulo, ne & nos faciem Christi sputis commaculemus. Conscientia est animæ quali facies, quemadmodum enim facies pulchra hominibus est amabilis ac delectabilis, deformis autem facies est abominabilis: sic conscientia pura & munda est Deo delectabilis, conscientia autem fœda ac immunda eidem est abominabilis. In sancta & pura conscientia Christus habitat Ephes. 3. v. 17. in eadem facies, hoc est, imago Dei velut in speculo quodam relucet. Matth. 5. vers. 8. *Beati mundi corde, quia Deum videbunt.* 2. Corinth. 3. vers. 18. *nos omnes revelatâ facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.* Quotquot igitur conscientiam suam fœdis cogitationibus & actionibus polluunt, quasi sputum in Christi faciem projiciunt.

2. Sputis addunt percussione, ut ignominia addant etiam dolorem: non contenti sunt ignominiosis sputis cor Christi excruciare, percutiunt in super, ut corporis cruciatum augeant. Lucas habet verbum *δέρουτες cadentes*. Quidam statuunt, Scripturam esse depravatam, legendum enim esse *δραυτες à δαίρω*. Quamvis verò *δαίρω* usitatus sit in hac significatione, in eadem tamen etiam *δέρω* usurpatum occurrit, ut sit idem quod, *cadere, verberare*. Marc. 12. v. 5. Johan. 18. v. 23. Act. 22. v. 19. 2. Corinth. 11. v. 20. Syrus in paraphrasi hanc vocem non expressit. Matthæus habet verbum *παύειν percu-*

tere, *ferire, pulsare*, quo ipso etiam Lucas postea utitur. *Vaticinare nobis Christe, quis est, qui percussit te?* Idem verbum occurrit Marc. 14. v. 47. Johan. 18. vers. 10. de Petro percutiente servum Pontificis. LXX. utuntur pro *ἰσχυρῶς* oppresse seu depresso contusus est Job. 4. v. 19. quæ radix usurpatur in vaticinio de Christi passione Esa. 53. v. 5. *atritus est propter iniquitates nostras*. Item pro *ἰσχυρῶς* eruentis, percussit usque ad vulnera & sanguinis effusionem Job. 5. v. 18. ex quo intelligitur, in hac percussione Christum fuisse vulneratum & sanguine cruentasse. Usitatissimè usurpatur pro *ἰσχυρῶς* verberare, pulsare, plagis afficere, ad mortem usque cadere Exod. 12. v. 13. Num. 22. v. 28. Jos. 20. v. 9. &c. quæ radix item usurpatur in vaticinio de Christi passione Esa. 53. v. 4. *Vidimus eum percussum à Deo & humiliatum.* Postea verò in specie enumerant Evangelistæ varia plagiarum & percussionum genera Christo irrogata. Lucas dicit, quòd *percussit faciem ipsius*, id Matthæus & Marcus sic exponunt, quòd *quidam colaphis eum ceciderint, quidam verò palmas in faciem ejus dederint atque alapas illi impegerint*. Inter *κόλαφος* & *ῥάπισμα* hanc statuunt differentiam, quòd colaphus impingatur pugno sive manu compressa, *ῥάπισμα* verò palmâ sive manu porrectâ, quem ictum solent nominare alapam. Sic apud Plautum in Casin. hæc conjunguntur: *Compressanè palmâ an porrectâ ferio?* *κόλαφος* deducunt à *κόλαπτις* tundo. Eustathius à *κόλον ὀφθαλμοῦ*, ut *κόλαφος* sit ὀφθαλμῶν ἐπιπέδον. *ῥάπισμα* deducunt à *ῥάπισ* virga, ut sit virgâ vel baculo cadere, de qua voce superius dictum fuit. *κόλαφος* apud LXX. Interpp. V. T. nusquam occurrit, in Novo autem Testam. generaliter accipitur pro plagis ac percussionibus 1. Cor. 4. v. 11. 2. Cor. 12. v. 7. 1. Pet. 2. v. 20. Syrus pro *κόλαφος* habet verbum *ἰσχυρῶς* colaphum impigit, pugnis cecidit; pro *ῥάπισμα* habet verbum *ἰσχυρῶς* percussit in maxillam, manu exporrectâ ferit, alibi enim de compulsionem manuum hoc vocabulum usurpatur. Colaphizationem Euthymius autor Græcus & alii quidam exponunt de percussione in collo, per quam non solum aucta fuerit læsio passionis, sed etiam contumelia despectionis. Sed vocis origini & significationi magis congruit de percussione capitis, quæ fit pugnis, illam exponere. Sensus igitur est, quòd impii hi lectores ac ministri pugnis ac palmis, manibus ac baculis, à facie & à tergo caput Christi percusserint, ac nihil omnino reliquum fecerint, quòd ad ignominiam, dolorem & cruciatum Christi augendum aliquid facere posset. Prædictum id erat Esa. 50. v. 6. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas decapillantis sive pilos evellentibus*, ubi alia opprobrii species exprimitur, quòd scilicet pilos ex genis & capite illi evulserint ad ignominia & doloris augmentum. v. 7. *posui faciem meam ut silicem*, h. e. tanta patientia illos colaphos atq; alapas sustinui, ac si in prædurum quendam & ἀναισθητὸν silicem incurrerent. Veteres huc accommodant dictum Jeremiæ Thren. 3. v. 27. *Bonum est viro, cum portaverit jugum à pueritia sua* (hoc sanctissimæ obœdientia jugum in prima statim pueritia Christus suscepit, & ad mortem usq; portavit Phil. 2. v. 9) v. 28. *manebit solitarius & silebit, quia portavit super se jugum, ponet in pulverem os suum* (Christus itidem instar ovis ad mactationem abductæ coram Ecclesiastico & Politico judicio

obtineat Esa. 53. v. 7. v. 30. *dabit percussioni se maxillam, saturabitur in probro, qui non elongabit in seculum Dominus.* Glossa ordinaria refert huc vaticinium Mich. 4. v. 14. *In virga percussit iudicem Israel super maxillam; palmis enim est virga percussore, & cap. 5. r. immediate subiungitur vaticinium de loco natiuitatis Messiae. Hanc passionis partem non postremam propter nos Christus sustinere voluit, sicut pulcre dicit Hieron. Quod colaphis illis suis, quibus in caput percussus est, caput humani generis, quod est Adam, sanauerit, quodque alapis palmis inflatis ideo percussus sit, ut manu complohone letitiam restati gnato corde & ore ei applauderemus. Sicut cruce sua noster cruciatum solvit & morte sua nostram mortem necavit; sicut vincula eius nos fecerunt liberos & corona ipsius spinea diadema regni caelestis nobis promeruit: sic opprobria eius nostrum abstulerunt opprobrium; & percussio eius a plagis nos fecit liberos. Esa. 53. vers. 5. *Castigatio super eum, ut esset nobis pax, & livor eius sanitas nobis fuit.* Colaphos illos propter nos sustinuit Christus, ne propter peccata nostra ab Angelis Satanae colaphizaremur 2. Cor. 12. v. 7. sicut pulcerimē scribit Sedulius lib. 5.*

Namque per hos colaphos caput est sanabile nostrum, Spua haec per Dominum nostrum lavere figuram, His alapis nobis libertas maxima plaust.

ubi eleganter alludit ad alapas servorum manumittendorum, quas Graeci JCI vocant *παρρησιας*. Caveamus vero, ne & nos Christo impingamus alapas. Colaphis Christum cedunt, inquit Augustinus, qui illi honores suos praefereunt; *palmis in faciem eius dant, qui superbiam peccati eum nondum venisse affirmant.* Quemadmodum enim Epistola ad Hebraeos cap. 6. v. 6. de apostatis dicit, *quod rursum crucifigant sibi ipsi Filium Dei, sic de illis, qui tergum Christo obvertunt, qui gratiam in verbo Evangelii oblatam repudiant, qui verbis ipsius fidem negant ac mendacii eadem arguunt, recte dici potest, quod colaphis Christi faciem percipiunt.*

3. Colaphis atque alapis addunt illusiones *επιτροπ* Lucas dicit Lucas, *illudebant ei.* Haece illusiones sibi sustinendas fore jam ante Christus praedixerat Matth. 20. v. 19. Marc. 10. v. 34. Luc. 18. v. 32. *Filius hominis illudetur & flagellabitur, quamvis ibi proprie de illusionibus a militari cohorte in praetorio facta agatur, addit enim quod gentes ipsi illudent. Illudent autem Christo tum gestibus, tum verbis, siquidem obvelant faciem ipsius, & percipientes faciem obvelatam, dicunt. *Vaticinare nobis Christe, quis est, quis te percussit? Velatio faciei in populo Israelitico fuit signum pudoris ac luctus. Genes. 24. v. 65. Rebecca videns Isaacum advenire, involvit faciem populo. 2. Sam. 15. v. 30. David in fuga aperto siue obvelato capite flens ac lugens ascendit in montem olivarum & omnis populus, qui erat cum ipso, aperto capite ascendebat plorans, Jerem. 14. v. 3. *pudore & ignominia affecti sunt & operuerunt caput suum. praepudore scilicet, solebant enim pudefacti operire caput, ne conspicerentur. Esth. 6. vers. 11. Haman festinabat in domum suam lugens & operuit capite. praepudore scilicet & luctu, ut enim Hebraei ita & Persae lugentes & quos facti sui valde pudebat, caput obvelabant. Esth. 7. v. 8. *necdum verbum de****

*ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem eius scilicet ministri, vel quod mos fuerit apud Persas, ut operirent faciem eius, cui Rex irasceret, ne amplius eum Rex intueretur, vel quod eorum, qui morti erant destinati, faciem velare olim consueverint. Cogitari igitur posset, ministros hoc loco faciem Christi, utpote morti adjudicati obvelasse, ut lugentis habitum praese ferret. Sed ex verbis Evangelistarum colligitur, quod hac velatione capitis Christo illudere voluerint, percipient enim obvelatam ipsius faciem & jubent Christum divinare, a quo fuerit percussus. Audierunt Christum aliquoties a populo laudem Prophetam retulisse Matth. 21. v. 11. Marc. 6. v. 15. Luc. 7. v. 16. Johan. 6. v. 14. cap. 7. v. 49. c. 9. v. 17. cupiunt igitur, ut experimentum Propheticae suae scientiae ipsis exhibeat ac clausis oculis velataque facie divinet, a quo alapas acceperit, & quia Christus ipsorum libidini obsequentem se praebere recusat, ex eo colligunt, quod sit Pseudopropheta solo nomine ac titulo Prophetam superbiens. *Φρέων* proprie est *futurum praedicere, de venturis disserere*, hoc autem loco significat *divinare, absentia indicare*, quia ut futura, ita quoque a sensibus remota, sunt veluti è longinquo posita, ut non nisi luce Propheticae scientiae conspici possint. Porro haec illusiones & verè Diabolicos sarcasmos Christus propter nos sustinuit. Nos meriti eramus aeternas irrisiones & opprobria, siquidem primi parentes nostri expetentes Deo fieri similes Genes. 3. v. 5. privati sunt gloriae Dei Rom. 3. v. 23. unde post lapsum audire coguntur: *Ecce Adam, quoniam ex nobis factus est Genes. 3. v. 22. ne igitur aeternis Satanae irrisionibus ac illusionibus obnoxii esse cogemur, Christus nostro loco opprobria illa a nobis in se translata sustinuit. Christus est ipsa Dei sapientia Proverb. 8. v. 22. 1. Corinth. 1. vers. 24. in ipso absconditi sunt omnes thesauri sapientiae ac scientiae Coloss. 2. v. 3. is hoc loco tantis exponitur ludibriis, ac si esset stultissimus morio, inde factus est nobis a Deo sapientia 1. Corinth. 1. vers. 30. ut propter ipsum coram Deo sapientes reputemur. Velum ignorantiae naturaliter obductum est cordibus nostris, ut nec Dei essentiam, nec voluntatem eius viribus liberi arbitrii cognoscere possimus. Christus igitur faciem suam velari patitur, ut hoc ignorantiae velamen a cordibus nostris auferat, sicut pulcerimē dicit Hieronymus: *Velamine faciei suae velamen cordium nostrorum Christus abstulit.* Ipsi velatio est nostra revelatio; ipsius ignominia est nostra gloria; Irrisiones & sarcasmi hostium viro forti ac prudenti ipsa morte acerbiores esse solent, ideo Simson ac Saul maluerunt spontaneam mortem subire, quam talia ab hostibus experiri, sed Christus, qui mortem propter nos patienter tulit, etiam sarcasmos & irrisiones illas propter nos sustinere voluit. Nec tamen ex patientia & obediencia Christi colligendum est, pessimos hosce nebulones recte fecisse, quin imò iustissimo Dei iudicio factum, ut propter has irrisiones tota gens Judaica contentui & opprobriis hodie sit obnoxia. Velum illud, quod Christo obduxerunt, adhuc manet super faciem & cor Judaeorum teste Apostolo 2. Corinth. 3. vers. 15. Origenes tractat. 35. in c. 26. Matth. *Judaei colaphis ceciderunt sanctum Ecclesiae caput, propter quod ipsi colaphizantur a Satana: palmis eum ceciderunt & dixerunt, Prophe-***

Prophetia nobis, propter quod receperunt aliam aeternam & ab omni Prophetia privati sunt percussi & castigati. Caveamus igitur, ne & nos Christum irideamus aut velamen aliquod faciei eius obducamus. *Nolite errare, Deus non iridetur*, dicit Apostolus Galat. 6. v. 7. Irrident autem Christum, qui spretis verbi admonitionibus securè pergunt in peccatis, neque cogitant de futuro olim iudicio, ideò Apostolus immediatè subjungit: *Quaecunque enim seminaverit homo, hæc etiam metet, Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam aeternam.* Velant faciem Christi, qui peccata, quæ in abscondito perpetrant, ab ipso neutiquam videri somniant. Pessimi hi ministri velantes faciem Christi prophetare ipsum jubent, sed hoc ipso inficii prophetant, quod in faciem Christi nullus infidelis atque aversus à Deo intueri possit, cum sit ipsi velata, quodque à beatifica visione Dei & Christi in æternum sint removendi.

4. Lucas addit, quod alia multa βλασφημῶντες blasphemantes & conviciantes in Christum dixerint. Blasphemia hic ponitur pro convitio, maledictio &c. dicitur enim ἡ βλασφημία quasi ἐλάττωσι τὴν φήμην. Ostendit igitur Evangelista, non posse omnia genera probrorum, contumeliarum, conviciorum, ludibriorum, sannarum, sarcasmorum & blasphemiarum recenserit, quibus Christum adorti fuerunt, quæ à media nocte usque ad horas matutinas durarunt; ea verò in novissimo demum die patefacienda esse. Blasphemias verò illas propter nos sustinere voluit, ut aboleret reatum, quem blasphemis nostris cogitationibus in iudicio Dei sæpius incurrimus. Hieronymi sententia est, molestias & injurias illas, quas impii servuli in atrio Pontificis nocte ista Domino intulerunt, ante iudicii diem non fore manifestas, debemus ergo eas Patri cœlesti, cui probè notæ sunt, pro occultis nostris peccatis offerre. Tauler. in meditat. vitæ Christi p. 147. Quod si & nos conspui, percuti, irrideri & blasphemari contingat, respiciamus exemplum Christi capitis nostri ac patientiam ab ipso discamus 1. Pet. 2. v. 23, &c.

Posterior Pars hujus Historiæ repetitæ Christi condemnationem exponit. Actiones in primo Synedrui conventu contra Christum institutæ, productæ erant usque ad mediam noctem, nihilo tamen minus Ecclesiastici illi Proceres confestim ut illuxit, ac summo mane iterum conveniunt, ac denuò contra Christum consultant. Festum Paschatos in propinquo erat, voluerunt igitur Christum è medio prius tollere, ut eò liberiori animo ac latiori corde Pascha celebrare possent. Impletur autem hac matutina consultatione vaticinium Psal. 22. v. 5. *de cerva matutina sive auroræ, quam canes multi circumdederunt*, v. 17. Confertur Christus non cornuto cervo, sed *axegatis cerva*, quia in passione non ostendit potentiam, sed patientiam suam. Quemadmodum genus cervorum à canibus agitarum forti halitu serpentes ex cavernis petrae attrahit, proterit ac deglutit, unde ingenti siti excitata ad gelidos fontes aquarum properant Psal. 42. v. 1. Augustin. in illam Psalmum: Sic Christus caput infernalis serpentis conculcavit Gen. 3. v. 15. *mortem absorpsit in victoria* 1. Corinth. 15. v. 54. unde etiam de siti in cruce conqueritur. Confertur autem cerva matutinæ,

hoc est, quam venatorii canes mane persequuntur, quia infernalis venator statim post editam promissionem protevangelicam calcaneo Christi in majoribus ipsius videlicet Sanctis Patriarchis infidiari, eundemque persequi cœpit, deinde quia in prima statim infantia Herodis Tyrannide in Ægyptum est expulsus, cum primis quia Pontifices, Scribæ, Seniores & Pharisei summo mane conveniunt, ut Christum mortis condemnent, ac velut efferati canes ad pratorium in retia Pilati ipsum cogant. Quidam exponunt de cerva preciosa, pulchra & electa, sicut Rex Babylonius dicitur *filius auroræ* Esa. 14. v. 12, hoc est, electus, pulcher & preciosus, sed hæc verba rectius referuntur ad Luciferum, qui dicitur *auroræ filius*, quia mane ante Solis ortum conspicitur. Quidam exponunt de cerva adhuc juvene, quia juvenus dicitur *aurora* ac senectus *vespera* Eccle. 12. v. 1. Et sanè etiam hæc descriptio competere potest Christo, qui est Rex preciosus, pulcher & electus, quique non in senectate, sed in florente ætate passionem ac mortem subiit. Sed prior explicatio de cerva, quam canes mane persequuntur, textui magis congruit, unde etiam Lutherus in versione Germanica eam secutus est. Apparet igitur ex hac matutina Pontificum consultatione. 1. immane odium contra Christum & vigilans industria ad malum. Discipuli Christi latitabant ac dormitabant ad bonum, sed impii hypocritæ noctem serè totam pervigilem ducunt ac summo mane ad malum iterum confurgunt. Idem adhuc hodie experimur. *Filius hujus seculi prudentiores*, vigilantiores & excitiores sunt ad malum, quam filii lucis ad bonum Luc. 16. v. 8. nos ipsi quoque in spectandis choreis, ludis scenicis & aliis mundi vanitatibus facillè somnum oculis excutimus, sed in auditu verbi sumus segnes, remissi & ad somnum perpetuò proni. 2. Origen. ex hac notatione temporis discrimen colligit inter peccatum Petri & Sacerdotum, sic enim scribit tract. 35. in c. 27. Matth. *Qui in tenebris & nocte offendit, venia dignus est, qui autem in die clara offendit, cum oportet culpam incontinentiam suam &c. Discipuli Christi nocte scandalizantur, Petrus ante galli cantum negavit, qui autem consilium accipiunt contra Jesum, omnes Principes & Seniores plebis mane factos, in lumine peccant, id est, scietes.* 3. Ruborem verò nobis incutere debet hæc pervigil ac matutina impiorum industria, ut & nos mediâ nocte surgamus ad confitendum Deo super iudicium justificationis ejus Psal. 119. v. 62. *ut mane ad Deum parati simus* Psal. 5. v. 5. ac preces nostras velut sacrificium matutinum ipsi offeramus. De Abrahamo commemoratur, quòd de nocte surrexerit ad præstandam Deo in immolatione filii sui obœdientiam Gen. 22. v. 3. & nos vigilem mane ad Dominum laudes nomini ipsius canendo, sacrificia labiorum ipsi offerendo & concupiscentias carnis nostræ mortificando: *Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones, ut te ipsum servas, nonne spergij ceris*, ait Poeta. Idem hoc loco dici potest, sanguinarij Pontifices de nocte surgunt, ut Christum morti tradant, nos in salutem animæ nostræ vigilare recusamus. Quare verò alterum hunc confessum instituunt, cum jam antè mortis sententiam in Christum tulerint? iudicium nocturnum fuit tumultuarium, voluerunt igitur speciem quandam iudicii legitimi ostendere, quasi re probè penitatà ac deliberatâ sententiam pronunciarint exclusa omni festinatione, quæ Pilato ho-

to homini circumspetto fuisse suspecta: Fortè etiam subverti sunt, ne Christus à servis tam crudeliter tractatus in confessione sua variaret ac mutaret. Ac quia πῶς non solum usurpatur pro *iva. ut* sed etiam pro πῶς, quomodo, idè commodè dici potest, quòd deliberarint, qua ratione ac via Christum morti traderent, quem scilicet processum coram Pilato contra ipsum instituerent & ex quibus capitibus eum accusarent. Sic ergò denuò conveniunt Synedrion Assesores, *ἡ ἐνομήν πρὸς αὐτὸν* scilicet *ἄρτος*, ut Matthæus loquitur, *tempore matutino*, sicut *ὁ Πίλος* ponitur pro tempore vespertino, vel ut Marcus habet *ἔτι τὸ πρῶτον* ad ipsum mane, h. e. sub tempus matutinum. Quæ nocte antegressa in conventu Sacerdotum ac Seniorum contractiore gesta erant, ea mane infolenni & augusto omnium Assessorum conventu publicè fuerunt repetita, ut sententia mortis contra Christum lata totius Synedrion suffragiis comprobaretur, ac majore autoritate Præsidi Romano proponeretur. Hoc sibi volunt Evangelistæ, quando dicunt Seniores plebis, Principes Sacerdotum, Scribas ac totum Synedrion Concilium instituisse, ut Christum morti traderent, quia re denuò in publicam deliberationem adducta sententiam mortis in Christum latam repetunt, & illius executionem à Præsidi Romano postulant. Metus seditionis ac tumultus in populo excitandi furorem ipsorum contra Christum hæc tenus repræsentat, sed cum viderent populum quiescere, neque quicquam in causa Christi movere, audientiores facti, non amplius noctu clam conveniunt, sed in publica hominum luce Concilium contra Christum indicunt. Nimirum hæc est Natura hypoerisios & impietatis, ut applausum populi consecuta vires sumat & contra veritatem invalefeat. In hoc Concilium suum denuò adducunt Christum sputis ministrorum defædaturum & miseris modis nocte antegressa tractatum ac denuò quærunt: *An tu es ille Christus? dic nobis*. Syrus habet, *fecerunt eum ascendere in locum congregationis eorum*, ex quo intelligitur, in loco Pontificalis arrii editiore Proceres hosce confedisisse, cum Christi causam tractarent. Quæstio illa, an sit Christus, dupliciter intelligi potest, vel hoc sensu quærunt, quo Scriptura de Christo loquitur, quove Christus ipse se Messiam fuerat professus, vel sensu eo, quo, ipsimet Pontifices, Scribæ ac Pharisei de Messia sive Christo loqui solebant. Scriptura de Christo sive promisso Messia sic loquitur, quòd futurus sit in personæ unitate Dei ac hominis filius, spiritualis Rex & Sacerdos, humani generis Redemptor ac Salvator, per mortem ac crucem opus redemptionis peracturus & post suam ex mortuis resurrectionem ad dextram Patris collocandus, ut cœlesti atque æternum regnum inchoet. Pontifices verò cum Scribis ac Phariseis vaticinia de Christo carnaliter intelligebant, eademque sic pervertebant, quòd Messias futurus sit nudus homo, mundanus Rex ac Dominus, liberaturus Israelitas à potestate Romanorum & hostium corporalium, ac talis Sacerdos, qui externas hostias more Leviticorum Sacerdotum sit oblaturus, quiq; mundanum ac terrenum regnum inchoaturus sit, in quo divitias, honores & bona terrena suis subditis distribuatur. Quamvis autem probabile videatur, Proceres hujus Synedrion de Messia sive Christo quærere suo sensu, tamen ex

subsecuta accusatione blasphemia intelligitur, ipsos hoc loco de Messia sive Christo quærere sensu Scripturæ, hoc est, sensu eo, quo Christus sese Messiam esse hæc tenus docuerat, & in primo confessu publicè professus erat. Hoc igitur quærunt, an denuò profiteatur se esse Dei Filium, promissum Messiam, generis humani Salvatorem. Christus ad hanc quæstionem non tacet, cum casum confessionis concernat: *Si vobis dixero (inquit) non credetis. Quod si etiam interrogavero, non respondebitis mihi aut dimittetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei*. Christus hoc vult dicere. Jam ante aliquoties in meis concionibus non solum asserui, sed etiam immotis argumentis, adeoque ipsis operibus comprobavi, me esse promissum Messiam. Quòd si non creditis argumentis & operibus, multò minus credetis nudæ assertioni ac sermonibus. Matt. 22. v. 45. Ex Psalmo 110. convincuntur, Christum non solum filium, sed etiam Dominum Davidis esse. Joh. 5. v. 36. provocat Christus ad testimonium Johannis, Scripturarum Propheticarum, Patris sui cœlestis ac miraculorum, ut convincat Judæos, se esse promissum Messiam ac Filium Dei. Quinimò quoties hi Assesores divina ac supernaturali Christi miracula conspexerant, toties evidentia testimonia hujus assertionis, quòd Jesus sit Christus, h. e. promissus Messias, perceperant, his argumentis ac operibus cum fidem habere recusaverint, quomodo crederent nudæ assertioni? Hæc nimirum est indoles excæcorum & à Diabolo fascinatorum hominum, ut nec manifestis verbi testimoniis convinci se patiantur, nec in formationem aliquam admittant, unde addit Christus: *Quod si etiam interrogavero, non respondebitis mihi aut dimittetis*. Si vel maxime piis quæstionibus ansam ulterius inquirendi veritatem nobis præbere vellem, prout factum erat Matt. 21. v. 24. 31. 40. c. 22. v. 42. non tamen illo me dignum judicaretis responso, nec gloriam daretis veritati, ut innocentiam meam agnoscentes liberum me dimitteretis. Ad realem igitur confessionis meæ confirmationem denuò provoco: *Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei*, quasi dicat, brevi ex passione & morte mea elustabor per resurrectionem & ad dextram virtutis divinæ collocabor per gloriosam ad cœlos ascensionem, tunc misso super Apostolos Spiritu Sancto, editis per manum ipsorum miraculis & collectâ ex universo genere humano per prædicationem ipsorum Ecclesiâ publicè manifestum fiet, me, quem nudum & contemptum filium hominis hoc tempore aestimatis, ad dextram divinæ virtutis ac majestatis evehctum omnia potenter regere in cœlo & in terra, multò verò magis hæc gloria, virtus & majestas divina mihi ut Filio hominis communicata in extremi judicii die à vobis & omnibus hominibus conspicietur, de qua Christi confessione plura dicta sunt superius. Quid ad hæc Pontifices & reliqui Assesores hujus Concilii? *Dicunt omnes, tu ergo es Filius Dei?* rectè illud colligunt ex ista confessione Christi. Si enim profiteretur sese Messiam, utique eo ipso se profiteretur Dei Filium, siquidem Scriptura sic definit Messiam, quòd in unitate personæ futurus sit Dei & hominis Filius, Si à dextris virtutis divinæ est collocandus, utique est Dei Filius, quia hæc gloria soli unigenito Dei

Dei Filio competit, sedere ad dextram Dei, cui Angelorum unquam dixit, *sede à dextris meis?* Hebr. I. v. 13. Christus igitur verbis claris & perspicuis denuò repetit suam confessionem. *Vos dicitis me esse*, hoc est, is sum, de quo quæritis & quem me esse dicitis. Illi igitur condemnatoriam suam sententiam jam antè in Christum latam denuò repetunt. *Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus ex ore ipsius scilicet blasphemiam*, prout in primo confesso hanc confessionem blasphemiam damnauerunt. Sic ergo denuò Christus injustè damnatus est, ut nos miseros peccatores jure damnandos redimeret, ac Pater cœlestis propter ipsum in iudicio suo

nos absolueret, quam consolationem verà fide apprehendamus, & in mundi odiis, calumniis ac persecutionibus Christi exemplo nos solemur, elevantes animum ad futuræ vitæ gloriam & cœlestia præmia nobis promissa, sicut Christus hoc loco in passione sua animum & oculos attollit ad majestatem dextræ divinæ, ad quam post passionem ac mortem sese collocandum esse noverat, quæ ex superioribus plenius intelligi & à quovis industrio Scripturæ interprete latius explicari possunt.

*Christe tui capitis colaphi mea vulnere sanant,
Emundor spuis optime Christe tuis.*

CAPUT CXC.

CHRISTUS AD PRÆTORIUM ROMANI PRÆSIDIS DEDUCITUR; JUDAS PRODITOR DESPERAT.

MATTH. 27. v. 5. MARC. 15. v. 1. LUC. 23. v. 1.
JOHANN. 18. v. 28.

RATIO ORDINIS.

IX confesso Synedrii Ecclesiastici matutino ad prætorium fuisse Christum abductum, uno ore affirmant Evangelistæ. Nulla igitur de connexionione Historiarum potest esse dubitatio. Ut Matthæus, Marcus & Lucas testantur, summo mane alterum illud Concilium *Φουκόβ* à Pontificibus fuisse institutum: ita Johannes asserit, *fuisse adhuc mane*, cum Jesus à Caiapha ad prætorium adduceretur cap. 18. vers. 28. Statim namque, ut videbantur sibi probabilem quandam causam reperisse, propter quam coram Præside Romano emunctæ naris homine Christum accusare & capitalis sententiæ executionem postulare possent, sine ulla mora ad prætorium eum abducunt, ut ante paschalis solennitatis exordium è medio tollatur, in quo sanguinario suo proposito non mediocriter confirmabatur ex eo, quod promiscuam plebem, quæ paulò antè gratulabunda Christum exceperat, seignius ipsi favere, imò etiam adversari conspicerent. Interitum proditoris quod attinet, illum solus Matthæus describit, qui per particulam *ante* præcedentibus eum conjungit. Calvinus & quidam alii existimant, non designari à Matthæo certum temporis articulum, quo Judæ interitus contingerit, siquidem Judas dicatur proditoris mercedem Pontificibus ac Senioribus in templo congregatis retulisse. Jam verò ex ædibus Caiaphæ rectà in prætorium abierant, ubi usque ad vesperam permanserunt, ut ex sequenti Historia intelligitur, proinde non videntur eo die in templo reperiri potuisse. Statuit igitur Calvinus, Evangelistam non respectu habito ad seriem Historiæ, sed tantum occasione, quadam Judæ desperationem inferere, quia enim de tragico Synedrii furore agebat, mortem quoque Judæ, in qua melius apparuit cœca eorum obstinatio & quasi ferrea durities, inferere voluit. Auctor quæstionum V. & N. Test. (quæ Augustino

solent falso ascribi) q. 94. ex Magistro Historiæ refert *Judam audita Christi resurrectione, quam non sperabat, sese suspendisse*. Autor Commentar. in Marcum (qui Hieronymo tribuuntur) putat post Christi ac latronum in cruce morte etiam Judam obisse. Sed hæc nondum à nobis impetrare debent, ut seriem Historiæ ab Evangelistâ neglectam esse, suspicari velimus. Quamvis enim ad verbum *ante* apud Matthæum non perpetuò designet præcisè illud temporis momentum, de quo in præcedentibus fuit actum Matth. 2. v. 16. cap. 14. & c. hoc tamen loco omninò illud designare videtur, sic enim habent verba Evangelistæ: *Tunc videns Judas proditor, quod damnatus esset &c.* ubi manifestum est, intelligi damnationem Christi coram Concilio Ecclesiastico, quam in præcedentibus Evangelistâ exposuerat, nequaquam verò eam, quæ à Magistratu politico postea facta commemoratur, neque enim dicit Evangelistâ, videns Judas, quod crucifixus esset Christus, sed quod *esset damnatus*. Ideo Augustinus in Psalmo 108. & alii ex veteribus rectè statuunt, ante Christi crucifixionem Judam suspendio periisse. Hilarius can. 32. in Matth. *Ita mortis Judæ tempus est comparatum, ut sub passione Domini commotis infernis supernis, omnibus & revulsis, & in oblivionem officii sui Univerforum Elementorum procuracione stupescita, nec inter mortuos videretur, nec inter vivos post resurrectionem haberet penitentia facultatem*. Comprobatur etiam hanc connexionionem seriem res ipsa. Judas sibi persuaserat, Christum divina virtute ex manibus hostium suorum dilapsurum, vel certe plebem, quæ ante dies non ita multos publica lætitia ipsum exceperat, nunquam permisuram, ut à Pontificibus Christus morti traderetur. Sed cum videret cogitatis suis eventum minimè omnium respondere, Christum in Synedrio Ecclesiastico morti adjudicatum, & ad prætorium duci, ut à Præside Romano sententiæ capita-